Zechinius et Lesczynski mutuo Roborant et Statuet.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis atque Excel:
lentissimus Stanislaus Zechinius Doctor medicinae ab Una et
Generosus Sigismundus Leszczynski parte ab altera Sanimenti:
bus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdi:
ctionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo 125
praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo
ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis gene:
raliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subjici:
endo palam libere publice ac perexpressum recognoverunt
et quilibet illorum Seorsim suo pro interesse recognovit Quia
ipsi et quidem supraScriptus Generosus Leszczynski suo et Ge:
nerosae Iustinae Krainska Consortis suae Legitimae pro cuius rati:
habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine, sibi mutuo
et invicem Una pars alteri ac posteris Utriusque partis se ac suos Suc:
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant
praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes et prae:
fatam Generosam Iustinam Leszczynska Unius Recognoscenti:
um Consortem legitimam, ratione certarum rerum et Conditio:
num in eadem Intercisa Contentarum, de actu et data illius
hic Praemysliae die Vigesima Tertia Iunij Anno praesenti confe:
ctam, et conscriptam, manibus Suis Recognoscentium propriis
ab Utrisque Subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem In:
tercisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio liga:
mentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere Com:
plere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et Singu:
lis eius Contentis tam in parte quam in toto toties quoties

opus fuerit satis facere. Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem roborateriam et Inscriptionem praesentem Robo-
rateriam ad praedictam Intercisam Visitam in toto reserven-
2030 do. Idque sub Vadio summae Mille Florenorum Polonicalium per
partem parti cum successoribus utriusque partis ob non comple-
tionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad sol-
vendum succumbendo. Nihilominus Vir Recognoscentium nem-
pe Generosus Sigismundus Leszczynski, debebit et tenebitur pro-
ut se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omni-
bus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis supra-
scripto Nobili atque Excellentissimo Stanislao Sechinio Doctori
medicinae inscribit et obligat praesentibus supradictam Genero-
sam Iustinam Vrainska sui Recognoscentis Consortem legiti-
mam, ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem
Roborateriam, vel similem sua pro interesse faciendam ad Acta
qualuis Authentica Regni, vim et robur perpetuitatis inse ha-
bentia, vel in euentu mortis successores illius, adducere et per-
sonaliter statuere, ab eaque vel eius successoribus, ut praemissa
debite exequantur efficere. Idque sub alio simili et speciali
Vadio aliorum Mille Florenorum Polonicalium per eundem
Recognoscentem vel eius successores supramemorato Nobili
atque Excellentissimo Stanislao Sechinio Doctori medicinae sive
eius posteris ob non statuitionem praefatae Generosae Iustinae
Vrainska Consortis sui Recognoscentis legitimae statuendae vel in
euentu mortis successorum illius ad exequenda praemissa
pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succum-
bendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadiis modo praemisso
ad soluendum succubitis, ac pro Consorte sua non statuta statu-
enda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Si-
gismundus Leszczynski sive illius successores, Ad instantiam
praenominati Nobilis atque Excellentissimi Stanislai Sechini
intra decursum duodecim septimanarum. Doctoris me-

Doctoris medicinæ, seu eius successorum ad officium præsens castrense capitaneale Præmisliense, ex tunc recessu suprascripto, pro adrespondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium vel vadia prætacta luere, inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes causæ eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, proprii minorennitate, successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati castrensis capitanealis Præmisliensis "trinos" dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalibus iuris præscriptione terrestri bello conventioneque ac aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Micowska Gluzickiego Quietat. 1252

Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus castrensibus capitanealibus Præmisliensibus Generosa Anna Generosi Alexandri Gluzicki cum olim Generosa Zophia Przyplkowska consorte eius legitima procreata filia Generosi vero Alberti Micowski consors legitima cum eiusdem suprascripti Generosi mariti sui uti tutoris coniugalis cum supraschi